Suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere Vadium Officii Castrensis (?) luere Insortoni suae satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusque Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate suorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem Castrensi Ultra praefatos Officij Castri Castrensis Capitanei Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciens ac praemissa omnia penis simplicibus vel triplicatis Evasionis suspensionis fatalijs Iuris Corone Terrestri bello Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta ante Festum Sanctae Margarethae Virginis & Martyris proxima Anno Domini Millesimo

10/VII

Salva insuper eadem causa et Actione Iudiciaria atque Dicto praefato Tribunalitio quo ad alias quantitates dicti eiusdem Iuxta manifestationem eo die factam sibi se competenti atque praedictis principalibus suis pleno in robore reservata. Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

2542 Sexcentesimo Septuagesimo.

Hoszowski & Lityński Roborant & Hoszowski Statuet

353 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis Generosi Marcus Hoszowski ab Una, et Hyacinthus de Litinia Lityński parte ab altera. Sani Mentibus et Corporibus existentes a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque Suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet Se cum Successoribus, bonisque Suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque Subijciendo palam, libere, publiceque ac per expressum recognouerunt. et quilibet illorum Seorsim Suo prointeresse recognouit. Quia ipsi et quidem Generosus Hoszowski nomine Perillustris et Admodum Reverendi Georgij Hoszowski Episcopi Ritus Graeci Premysliensis et Samboriensis Parentis sui pro cuius rati habitione Cavet a de praesentibus inscribit nomine. Sibi mutuo et inuicem Vna pars alteri ac posteris Vtriusque partis Se ac Suos Successores in et super bonis Suis granatis omnibus Summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus. Interueniendum Certum Seu Contractum Sponsalitium inter praefatum Reverendissimum Hoszowski Episcopum Premysliensem ab Vna et Se ut rum ex recognoscentibus Generosum Litinski parte ab altera ratione certarum rerum et Conditionum In Eodem Contractu Sponsalitio contentarum de Actu et Data illius in Curia bonorum uillae Chłopczyce die vigesima Septima Iunij Anno praesenti Millesimo Sex

centesimo Septuagesimo Confectum et Conscriptum manibus
praefati Perillustris et Reverendissimi Episcopi Presmysliensis et Sui alterius Recognoscentis atque certorum amicorum
proprijs ab Utrinque Subscriptum in omnibus et Singulis eiusque
Contractus Sponsalitij Conditionibus, punctis Clausulis, articulis Vadijs ligamentis ac nexibus quarum universis firmiter
tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius Contentis, tam in parte quam in toto
toties quoties opus fuerit Satisfacere, Contractum praefatum
Sponsalitium ad Inscriptionem praesentem roboratoriam, et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praedictum Contractum Sponsalitium Vicissim in toto referendo idque Sub Vadio Summae quatuor Millium florenorum polonicorum per partem parti
cum Successoribus utriusque partis ob non Completionem
Contentorum Contractus praefati Sponsalitij omnium et
Singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties
opus fuerit ad Solvendum Succumbendo. Nihilominus is idem Supraseriptus Generosus Marcus Hoszowski
Unus Recognoscentium, debebit ac tenebitur, prout Se
ac Suos Successores, in et Super bonis Suis quibusvis omnibus
Summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis
Supradicto Generoso Hyacintho de Lutinia Lubinski,
eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus praefatum
Perillustrem et Admodum Reverendum Georgium
Hoszowski Episcopum Ritus Graeci Premisliensem
et Samboriensem sui Recognoscentis Viventem Vel
in eventu mortis Successores illius intra decursum

duodecim septimanarum ad approbandam per ipsos Inscriptionem
praesentem roboratoriam vel similem suo pro interesse fa-
ciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetui-
tatis in se habentia adducere et personaliter statuere,
ab eoque vel eius successoribus ut praemissa debite exe-
quantur efficere idque sub ulteriori simili et speciali
vadio, aliorum quatuor millium florenorum polonorum perveniendo
Reo grosso certam Generosum Marcum Hoszowski sive eius
successores, praefato Generoso Hyacintho Litinski vel eius
posteris ob non statutionem suprascripti Reverendissimi
mi Parentis sui statuendi, vel in eventu mortis
successorum illius, pro tempore et loco sugenius ex
praemissis ad solvendum succumbendo pro quibus quidem
vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis
ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa
complenda, citata earum moata pars una praemissa non
tenens, sive illius posteri, ad instantiam partis alterius
praemissa tenentis et complentis, sive eius posterorum,
ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense,
ex tunc recessu suprascripto, quo id respondendum spe-
ctat mediante, semper in primo Actoris Termino, tan-
quam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadia vel
vadia praefata luere, Inscriptioni suae satisfacere ac
omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos
successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen-
tibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios
omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos

Semper peremptorios Vera infirmitate, pro maiori minoren
nitate Successorum, Legatione intra Vel extra Regnu,
Seruitio Militari, ad munimenta ad Quietorem, Vel alijs
quibusuis dilationibus, et Legalibus impedimentis non
differendo, ad Quietationem praesen Vltra praefatos Officij
praefati Castren Capitan Premysliens Terminos, dilatio
nem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes,
ac earum prosecutiones faciend, ac praemissa omnia pro
nis Simplicatis, Vel triplicatis, Euasionib, Suspensionib,
fatalijs Iuris, Personae Terrestri, Bello, Conuentionez,
ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subter
fugiendo, nec modo alio quouis euadend. Hac sua per
sonali Recognitione ad praemissa omnia mediante. 353

Iaworski alterum Quietat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castren Capitan Premysliens Nobilis Demko Iaworski
Sanus mente et Corpore existens a Terris, Districtibus,
Iuribus, Iurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et Compe
tentibus recedendo, praesenti Vero Castren Capitan Premy
sliens Iurisdictioni quo ad actum huiusce attrahens se cum
Successoribus bonisq Suis quibusuis totaliter et ple
narie incorporando atq Subijciendo palam, libere pu
blice ac perexpressum recognouit. Quia ipse Nob. Be
trum Iaworski, filium olim Nobilis Hryc Iaworski Ba
lowicz eiusq posteros de Summa Viginti quinq florenorum
polon sibi Recognoscenti per eundem Actis Officij
praesen inscripta, et ad Soluendum Super bonis Suis proprijs in